

de filios vestros pariter in

Et si quis locum suum
habet in terra vestra
non timetis eum neque
placet ei in hoc mundo.

Quoniam cum moratur
terra vestra in terra
vra non est in terra
vra et non est in terra.

Alium non habet in

terra vestra neque in

Et si quis locum suum

habet in terra vestra

et si quis locum suum

Item non habet in

terra vestra neque in

terra vestra neque in

terra vestra neque in

Item non habet in

terra vestra neque in

terra vestra neque in

Alium non habet in

terra vestra neque in

terra vestra neque in

terra vestra neque in

terra vestra neque in

~~AM 76~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
IB 56. ———
SIGNAT. 61515000XIII.





EPITHALAMIA

In honorem Nuptiarum

Reverendi atq; doctissimi Viri,

Dn. ADAMI GE-
ORGII, ECCLESIAE CHRI-
sti, quæ est in Pontvvitz, Pastoris
vigilantissimi, SPONSI:

ET

Honestissima, pudicissima, Lectissimaq;
Virginis,

DOROTHEÆ,

Viri optimi atq; integerrimi

Dn. MARTINI THIL, CI-
vis Olsnensis, Filia, SPONSAE:

Celebrandarum Olsnae Silesiorum, 23. Septem-
bris, Anno M. DC. III.

Conscripta à

FRA'TRE ET AMICIS.

VVITEBERGÆ, Ex Officina Cratoniana.





Vando DEVS sanxit socialia federa lecti,
Et exemplo leges posuit, metasq; futuris
Coniugibus, caeco ne quis compulsus amore
Irrueret sanctos thalamos, sed vota precesq;
Redderet antè DEO supplex, iactandoq; in illū
Spem, curamq; omnem dextrè sua munia obiret.
Hinc observantes pactum hoc, faustissima quæq;
In primis vero castam, ac pietatis amantem,
Consortem thalami, Domino donante, reportant.

Ergo cū verè talis, Germane, Puella
A Domino donata tibi (nam nomen id ipsum
Indicat:) ambobus vobis bona cuncta precari
Me decet, hasq; imo de pectore fundere voces:

CHRISTE tori præses casti, Fundator & Autor,
Coniugibus quaeso hisce novis benedicito, sanctum
Casta mente tuum coram qui numen adorant,
Largire, ut semper vera pietate, fideq;
Unanimes in te maneant, da tempora vitæ
Longæ væ peragant, natos, pluresq; nepotes,
Florentes videant, illis procul absit Erinnyis,
Tartareas accensa faces, quæis rumpere casti
Nocte dieq; tori sanctissima vincula tentat:
Sic tibi sincero laudes de pectore dignas
Cum cætu, grati referent sine fine, piorum.

Ἐροδοτῶν.

*EXorta, OCTobrIs, LVX nona erat, ante CaLenDas,
PVLchra sVo IVncta est, Vt TheoDora V Iro.*

Paulus Georgij Namsl.
Sil: Sponsi frater.

ALLUSIO

AD NOMEN SPONSI ET SPONSÆ

HAud secus ac volucris findit pernicious alis
Aera, & hinc vitæ stamina longa trahit.
Sic mortalis homo subrufo pulvere factus
Vivit, dum versat viscera dura soli.
Hoc fatum, Reverende, tuum designat, Adame
Nomen, nam vigilans audis arator humi.
Non etenim ducit sulcos, nec vertit aratrum
Dextera, quem mundus vomere findit, arat.
Sed colis arva Dei, culturam laude perenni
Exerces, cuius præmia digna feres.
Præmia bina feres, mortalia, cælica tandem,
Ultima si rerum linea claudet opus:
Munus habes divum, quia fungere munere divo
Hoc tibi Iova dedit, non aliunde datur.
Scilicet eximiam socium comitemque laborum
Ne fortè huic oneri succubuisse queas.
Hinc tibi dextra Dei notescet in æthere, & inde
Quæ sit mens Iovæ discito, ut æqua probet.
Tu vitem superi divino rore madentem
Fecisti, lolium perdere cura fuit.
En adstat genio ferventi Trina Potestas
Atque recompensat, forte, laboris onus.
Ergo siste pedem cœptum ne desere pensum,
Fac vigeat Christi vitis, Adame, Dei.

Quò

Quò potis es summo conamine, adusq; luporum,
Quas necunt, futes tunde retunde strophas.
Teque tuamque domum sic multa prole beabit,
Nec iuus optata fruge carebit ager.
Istud & ad donum, quod Sponsæ nomine signas,
Addet Iova Deus coelica, sydus eris.

*Paulus Preslerus Ph: & Theol:
Studiosus Olsnensis.*

Τέκνον ἀπωλείας, καὶ τῆς σφαλεροῦ βίοιο
Ἄνθρωπον, ῥώμης ὅς δώματα ναίει ἀγαυῆς
ὑψερεφῆ, πλείστοις ὁσίοισι πελάσσει ἀπαυδά
πῶσι γάμοις: αὐτὰρ ἕως ζύμπαντα κακίσεως
κόσμον ἀσελγείαις ἀναπλήθει, τῷ δὲ γε πολλὰς
ἔλκει ἐς εὐρώεντα δόμον κρυερὰ αἶδαο.
ἔτως ἰθύνει ὑπερβύχου θεοῦ θέμιστας.
Ἄλλὰ σαφῶς ὑμᾶς τάγε θεσφατα θεῖα διδάσκει,
ὅτι ὅσιον μεγαλὰ τίξεις λέχῃ ἐπὶ θεοῦ
καλλίς, ὧ σφόδρ' ἀνθρώπων γένῃ ἐστὶν ὀφέλλειν.
σύ καὶ ταῦτα νοῶν, ἄνερ ὧ πολυφίλτατε μέσσης,
ἢ μόνον, ἢ πολλὰς μεταπέρεπ' εἰδὲί στυγῶ.
Ἄλλ' ἄρεταῖς ἐτέραις, εὐσεβίηδε μάλιστα,
φέρτερον ἢ ἄλλων, ἀγαγεῖς ποτὶ οἶκον ἀκοιτιν.
ὡσπερ γὰρ ῥαδίως πῦρ, εἰ μὴ μακρὰ ἀλείπτως
δύρατα προσβάλλεις, μάλα πάντως σβέννυται, ἔτως
ἔ δύναται φιλότης, χρονίως κ' ἔρῃ εἶναι βέβαιον,
ὄν τι κτὲ μᾶλλον προφερέτερον εἰδῆ ὀπωπῆς,
ὅτι γὰρ ἀμβρόσιον νέσσω τῷ σμικρῷ ὀλήται
κάλλῃ: καὶ θνήσκῃ εὐθὺς κατακάρδιον ἔλκει.
Ὅμμι ὅτε τῆς νυκτὸς τῆς λαμπρῆς ζεύγνυται αὐγῆ
ἠελίος λαμπρῆς, φάει αἴψα καλύψεται αὐτῆ:

ἡμερῶν

ἡμερόεν δ' ἄρεταῖς ἐτέρησι σωήμενον εἶδ' ὅ,
 κεριδίω ἄλοχον κοσμεῖ μετὰ ταῦτα μάλιστ'
 εὐχ' ἐν εὐτυχίαν, ἀνερ ἔ νύμφαισιν ἀπεχθής,
 σοὶ ταύτῳ, χρισόντε, βροτῶς ὁμοῖόμενον ἐν γῆ,
 Ἀξίω, μέγαλον μέγαλ' δῶρημα Θεοῦ
 Φίλτατον εἶναι σέο, καὶ πλέξαο' αὐχένι χεῖρας.
 ταύτα γε ποιῶντες λιπαρῶς ἐπὶ σοῖσι δόμοισι
 χεύσε' ἀθανάτ' ὄλε' γ' ἢ αἰὶ Θεοῦ,
 ὑμῖν καὶ δώσῃ εἰς γῆρα' ἔδ' ἰκέσθαι,
 καὶ παρθῶν παῖδας τοῖς ὀφθαλμοῖσιν ὀρᾶσθαι.

Ieremias Crusius Lig. Sil.
 Theosophiæ Stud.

Felix, atq; iterum felix, cui casta Iehovæ
 Mature in thalamos munere nupta venit.
 Illa viri decus est ingens, est summa voluptas,
 Ingeminat roseis oscula quando genis.
 Et cur mireris? sic vult pia cura Tonantis,
 Mutua ut inflammet pectora castus amor.
 Alter & alterius minuat solando dolorem,
 Atq; adeo ex animo tristitia quæq; fuget.
 Cumq; tuotalem, summi regnator Olympi,
 Addiderit sociam, vir Reverende, toro.
 Hoc illustre Dei donum cape, solus in ipso
 Suaviter oblecta, mentem, animumq; tuum
 Sic vestrum thalamum benedictio dia beabit,
 Prolis & implebit fertilitate domum.

Esaias Tannerus Lig. Sil.

Christe

Christe salus hominum, patris omnipotentis imago,
Ad sacra Coniugij fœdera dexter ades.
Si tibi res isthæc curæ est, si pocula quondam
Implèsti Sponsis grata liquore piis.
Hæc quoq; Sponsa pia est, pius est hic Sponsus, & uno
In te spem fixam non dubitanter habent.
Illis fac pro sit pietas, fac præmia restent,
Præmia, quæ spondet provida cura Patris.
Nec e carere sinas successu vota benigno,
Quasq; imo promunt pectore, & ore, preces.
A spicis ut flectant genua, & tua numina poscant,
A te suppetias, non aliunde, petunt.
Sponsis ergò novis adsis Conviva cupitus
Lapsus ab excelsis, Christe benigne, polo.
Nam tu cum præstò es, sunt lecti fœdera firma,
Cunctaq; fortunâ prosperiore fluunt.
Hunc ob Convivam quare diffundere frontem,
Letaq; læticiæ vos dare signa decet.
Is nunquam deerit vobis: sed prole beabit
Multiplici vestram, pignoribusq; domum.
Nec fatis hoc: sed vos diuturnos ire per annos,
Atq; dies Pylios vivere fata dabunt.

Balthasar Korman Strel. Sil.

Ergo se insinuat novus in tua pectora fervor
Nunc, & alis venis vulnus Adame tuis?
Nymphula non ignis tacitus, te torret & urit.
Figite sed casti mutua jura thori.
Figite iura thori, figentes vivite, vita
Ipse thori casti, fautor & autor erit.
Iungit æquos, coniungit Iova, adiungite Iova
Vota, & sicrata erunt vota, volente Deo.

Casparus Ziglerus
Cotbusano Lusatus.

Vita

Vita carens socio quantorum Lerna malorum
Sit, reputans animo vir, Reverende, tuo,
Non sequeris turpes, inconcessosque hymenæos,
Romano veluti subdita turba Papæ,
Sed firmo vitæ sociam tibi jungis amore,
Jungitur aut potius cælitus illa tibi:
Cælitus illa datur tibi nomine teste: J E H O V A E
Nam munus cælo, non aliunde, venit.
Hoc ob concessum tibi munus, pectore toto
Lætor, & exultans talia Vota fero:
Angelica Sponsum, CÆLESTIS S P O N S E, cohorte
Cinge, novæ Sponsæ sit tua cura salus:
Ne dare damna queat, quamvis dare sæpe laboret
Illis, inferni qui tenet antra, Draco:
Fac, precor, ad thalamum semper sint Numina præsto,
Gratia suaue quibus nomen habere dedit.
Mentibus infideat turtur cum turture ludens,
Perpetuo stabit sic sine lite domus:
Ædes circumdans, umbram quæ præstet, & uvas
Vitis, fæcundum denotet esse torum.
Actandem placidè transacto Nestoris ævo,
Da CÆLESTIS eis gaudia S P O N S E poli.

*Iohannes Clerhe Namslaviens.
Silesius.*

F I N I S.



ΕΛΕΝΧΙΟΥΣ Confessorum.

Προδιαβαλλία examinis partium Catecheseos minoris 248. g. lineam com-
mendationem Catecheseos, edita a D. Zadaris SCHILTERO.

Synopsis Ius προδιαβαλλίας, eisd.

Analysis Articuli Symboli Apostolici, eisd. D. Schitt.

• προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Hallen.

Alia prodis. eisd.

Alia eid.

προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Volzradt.

προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Adami Georgii.

Volzradt nuptiarum filii successu latu Alberto Georgio.

Disputatio de loco et tempore M. Fideri.

Disputatio de Demonstratione M. Escheri.

Consultatio ex 1. Reg. 12. aliquot orationibus expressa Francos.
in collegio privato M. Calchi Gropfieri.

Oratio de unitate et progressu certaminum Nestorianorum et Eutychariorum
in articulo de Persona Christi Wolf. Franzii. 13 13.


Disputatio de Persona Domini nostri Jesu Christi, eisd. Franzii. 13 13.

VD 17

7

Quintus
...
Deo vno maritimo
Quintus
...
Deo vno maritimo

Deo vno maritimo
Deo vno maritimo
Deo vno maritimo
Deo vno maritimo



MALAMIA
 m Nuptiarum
 tq; doctissimi viri,
AMI GE-
LESIAE CHRI-
 Pontvitz, Pastoris
 imi, SPONSI:

ET
 icissima, Lectissimaq;
 irginis,
OTHEÆ,
 i atq; integerrimi
NI THIL, CI-
 Filia, SPONSÆ:

e Silesiorum, 23. Septem-
 M, DC. III.
 scripta à
 ET AMICIS.
 Ex Officina Cratoniana.



7

